Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

set petrus quia dominus est tunica succinxit se et misit se in mare
et clamabat voce magna dicens Exi a me domine quia peccator
sum an Dixit autem dominus symoni noli timere ex hoc enim
homines eris capiens Dominica vj post oct penthecostes
In illo tempore dixit i. d. s. Amen dico
vobis quia nisi habundauerit iusticia vestra plusquam
scribarum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum
Et Reliqua Omelia bti Aug epi Que autem sunt ista
ut habundet inquit iusticia vestra plusquam scribarum et pharis
seorum quia nisi habundauerit non intrabitis in regnum
celorum id est non solum illa minima legis precepta impleue
ritis que inchoant hominem sed etiam ista que a me ad
duntur qui non veni soluere legem sed adimplere non
intrabitis in regnum celorum et c. Qui ergo vult mag
nus esse aut illi regno aptus debet facere et docere sicut
xpc nunc docet id est ut habundet iusticia vestra plusquam
scribarum et phariseorum Iusticia phariseorum est ut non occidant
iusticia vera eorum qui intraturi sunt in regnum ut non
irascantur sine causa Minimum ergo est non occidere
et qui illud soluerit minimus vocabitur in regno celorum
Qui autem illud impleuerit ut non occidat non continuo
magnus erit et ydoneus regno celorum Sed tamen ascendit
aliquem gradum perficietur autem si nec irascitur sine causa
Quod si perfecerit multo remotior erit ab homicidio Qua
propter qui docet non irascamur non soluit legem ne
occidamus sed implet pocius ut et foris dum non occi
dimus et in corde dum non irascimur innocenciam
custodiamus Et u Per ebdomodam Capitula
Quicumque baptisati sumus in xpo ihu in morte
ipsius baptisati sumus Deo Capit Existima
te uos mortuos quidem esse peccato viuentes autem
deo in xpo ihu dno nro R Capit Obsecro primum
omnium fieri oraciones postulaciones graciarum actiones pro omnibus
hominibus ut quietam et tranquillam vitam agamus
in omni pietate et castitate Deo Cap Unus deus
et mediator dei et hominum homo xpus ihus qui dedit
semetipsum redempcionem pro omnibus Deo Capitulum
Habemus graciam per quam seruiamus placentes deo
cum metu et reuerencia Deo gracias Collecta
Deus virtutum cuius est totum quod est optimum